

163. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

163.

SIGNAT. CISICCCXIII.

Hunc librum
ex fisco privato com,
pingendum curavit
Ferd. Wendler. Ao
1770. m. Sept. h. t.
Bibliotheca.

ER

I. N. I. C.

4

MISCELLANEORUM
BIBLICORUM
LIBRI PRIMI,

EX GENESI MOSAICA

industriâ curâ,

Poeticâ culturâ,

concinnati,

PARS PRIOR,

Cuius

piæ veritatis,

veræ Pietatis

AMATORI,

in Levamen & Solamen

sincerè oblata,

ab

HIJOBO TRUSIO Hung. P. L. C. q.
Evangel. in Libero Regioque VETERISOLIO
Hung. Ecclesiæ Ministro, jam pro CHRISTI
JESU Sanguine & Nomine Exsule patientis-
simo.

HAMBURGI,

Literis Arnoldi Lichtensteini. M. DC. LXXVI.

BIBLIOPOLITICUM

LIBRI PRIMUS

DE REBUS

INCIDENTIIS

POSTERIORIBUS

CONCERNENTIBUS

PARS PRIOR.

Capitulum

DE VITIIS

ET VITIIS

AMATORII

IN REBUS

POSTERIORIBUS

ad

HONORABILISSIMO HOMO P. A. C. D.

FRANCISCO JOSEPHO PRINCEPS

FRANCISCO JOSEPHO PRINCEPS

FRANCISCO JOSEPHO PRINCEPS

anno

FRANCOFURTI

IN AEDIBUS JOHANNIS NEUBAUERII M. DC. LXXVI.

fac

qu

er

or

p

mi

pe

la

er

pu

te

n

n

a

sus





Gratia DOMINI nostri Jesu Christi,
& Charitas DEI, & Communicatio
Spiritus sancti sit cum omnibus VO-
BIS.

Non illubens profectò, sed de-
bens meritò, hoc totum, quicquid est MIS-
CELLANEORUM BIBLICORUM.
quod certè exiguum est, VOBIS VIRI pl. Rev.
A. C. G. N. & Pl. &c. hoc totum, inquam, char-
itè istâ, ut ita loquar, patellâ affero, offero. Et
quamvis tanta sit Vestra Reverentia, tanta Digni-
tas, tanta denique Benignitas, ut longè sumptuosi-
ore essetis epulo excipiendi. Quia tamen ex fide
Poëtarum Lares olim ac Genios [Numina domesti-
ca] placatos & pacatos accepimus, si quis illis vel
cròn Kréas in paupere salino anteposuisse, ideò
etiam ego ipse etiam bonam concipio, secundùm
indabilem Vestri animi Comitatem, singularem in
Exules CHRISTI affabilitatem, condolentiam &
propensitatem, hunc pariter tenuiculum Poëticae
Dapis apparatus, exulari in transitu adornatum,
minimè ingratum ac exosum futurum, siquidem
nec MOSES, Vir DEI, est lanas caprinas aliquando
adspernatus. Mensas mixti variorum ciborum mis-
sus plerumque faciunt lætissimas & lautissimas. Hic
quoque similia, si non paria, videre & legendo gu-
stare

Atare licet. **CARMINA** audiunt **MISCELLANEA**,
ad delectationem; **BIBLICA**, ad piam utilitatem;
AMATORI veræ pietatis, in foro selectissimarum
Mercium, precio diligentia comparata, ad impieta-
tis profligationem, **CHRISTI** cognitionem, tristi-
tia amolitionem, ita ut cum Melodæsia Friderici
Taubmanni dicere possum:

Es prodesse meos, & delectare Libellos,

Ut coram sancto Davide posse legi.

Agite igitur **VIRI** pl. R. E. A. C. G. N. & P. ade-
ste, adeste **THEOLOGI** sinceri, **PATRES** huma-
nissimi, **FAutores** Optimi, **PATRONI** mu-
nificentissimi, adeste hilares, nec ulli invitati mole-
ste exeste. Vestra in nos liberalitas, Vestra humani-
tas, quæ rara Exsulibus **CHRISTI** avis, præsertim
apud domesticos fidei, est sua remuneratione digna.
Quam cum non sim par redhostiando, pignoris er-
go hoc totum, **VESTRIS** Magnis **NOMINIBUS**
dicatum, gratus & totus depono. Prendite quis-
que manibus prompti, inspicite oculis læti, legite,
si animus & hora erit, cordati, aut faturi repotia
quædam à tergo expectantibus facite, semper
quàm diutissimè, quàm optimè **ECCLESIAE**
CHRISTI in bonum velificate, extra exilium vi-
vite, virete, florete, & tandem cœlestes Hæredes æ-
ternùm triumphate.

Hamburgi II. Aug. St. v.

1676.

V. R. E. A. C. N. S. DDm.

Orator apud DEum

indefessus

Hijobus Trullius Exsul.

In



In
*MISCELLANEA BIBLICA
TRUSIANA.*

CHRISTUS in Amramidis factis dictisque la-
rebat,

Id monstres, TRUSI, carmine Christicolis
Carminē, Phœbeæ quo LAURUS SERTA mereris,
CÆSARIS en! jussu quæ Tibi trado lubens,
Sic tua Frons rugas inter canosque virebit,
Æterno LAURUS Germine CÆSARÆÆ!

Philippus Cæsius à Zesen,
Comes Palat. Cæs.

II.

EXsul in orbe, quid est? rogitas? Homo pauper,
egenus,

Contemptus multis, gratus at ille DEO!
Otia num querat? tanta otia nemo reposcit,
Plurima quæ secum tædia, damna vehunt.
Ut placeat IHOVÆ, placeat quoq; semper Amicis,
Vel legit, aut scribit, vel pia Vota facit:
Ut DEUS adversam surgat medicare ruinam,
Mœstum cœlifuo rore rigare caput.
TRUSIUS est talis, dum MISCELLANEA scribit,
Sacra, capit LAURUS debita SERTA senex,
Hunc nisum mecum, Lector, cape Judicis instar
Cordati, verus postulat istud amor.

Est

Et Tibi, quod gratus præbebis munus egenti,
Fœnore cum summo pendet id Alina Trias.

*Ita subscribit & gratulatur Viro Seni, sub
Lauro virenti, R. & Cl. Hiobo Tru-
sio, CoExsuli patientissimo.*

MATTHIAS PORSCHIUS, q. Eccle-
siæ in Hungaria Montano Neosilien: Ar-
chidiaconus, jam CHRISTI Exsul, &
porro apud Schemicienses in Hung. Vr-
burarius.

III.

SUBmissè meditans, olim quid laudis Hiobo
Datum, cui DEUS favet.

In mentem revoco lætam, te dulcis Hiobe,
Qui sanctus Exul hîc ades.

Tu certè clarus Vitâ pennaque per orbem
DEO, piisque Gentibus.

Hinc JESUS vivet, nec non Tibi SERTA Salutis
Tandem parabit maxima.

M. Petrus Heselius, Pastor in
Nosocomio Hamburgensi.

IV.

RES miranda piis, HIOBE, sanè,
MISCELLANEA scriptitare compta,

Dum miscet TRIADOS favor benignæ

Fatis heu! miseram gravemque sortem!

Vel rimanda magis, Magis & ipsis,

Miscet cum variis calumniator

Nu-

Vugas, falsiloquusque piplat Abdon:
Extorres memoras Viros, & addis
Exsul, quos Genesi suâ notavit,
Claros Christiadum Typos, Typosque
CHRISTI, Thariades, DEi Minister,
Cui verum decet Exsulem, probumque
Mystam. Nam LANIARE morsicatum
Mango sivevit atrox pientiores,
Aut plus vitiis scatens Catullus.
Sic JOB es! meritò revincta LAURO
Frons annet tua! Clare JOBE, salve!
Cœlestis dabitur Tibi Corona!

*Pl. Rev. Dn. Aff. luculento CoExuli,
itinerisq; hujus molestissimi, & ali-
orum patientiss. ac piiss. Coniiti, ap-
plaudere dulc-amarè avens, Ham-
burgi*

JOHANNES BURIIUS r. Eccles.
Carponen: Luther. in Hung. (theu
quàm afflicta!) Germ. PASTOR,
n. per Exilium amariss. Jesu Chri-
Confessor, et si Ludibrium iniquis-
simi Mundi.

V.

Hoc pietas, TRUISI, suadet sincera cavere,
Ne cuiquam fucum Carmine conficias,
Ad faciunt ventosi homines, quos fœtida vexat
Gloria, cordatos decipiendo Viros.
Carmina vafre emandicant, vel propria subdunt,
Ut placet, adscribunt Nomina Carminibus.

Con-

Consensum vapidè cum Doctis pangere tentant,
Dissensum vitâ, moribus atque probant,
Cordolium pariunt ignotis, plurima notis
Affingunt, dira non sine fraude, mala.
Talia quis laudet? quis non horrore stupescat?
Thejologus trutinæ, Christiadesque pius,
Tu **JOBUS**, **JOBUM** sequeris, metricumque la-
borem
Submittis **IHOVÆ**: sic Vir es exilio!
Gratulor ob meritæ collata cacumina **LAURUS**,
Ah videas **PATRIAM**! post nova Regna Poli!

*Paucis his vera sinceritatis ac Pietatis officium
in Adm. Rev. Clariss. atq; Doctiss. D. HI-
JOBO TRUSIO, Ecclesiastæ olim Veteri-
solienti Vigilantissimo, n. Exsule Christi pati-
entiss. Affine suo venerando contestaturus,
HONORIBUS Novis applaudebat*

JOHANNES MURGASCHIUS, antidhac Ec-
cles. Szelecent. in Hung. Pastor, jam pro
JESU Exul, Scholæque Oppidi Ber-
gersdorfiensis designatus Rector.

Ad MOMUM.

Mome, meos diro proscindere dente Labores,
Nî modò, quæ facias sint meliora, cave.
Sin minùs, en! livore perit ceu vipera tetro,
Sic tui erit propius postmodò livor edax.

Ad



Ad CHRISTUM.

CHRISTE, canam GENESIN, mundi primordia,
cursum,

Asis, hinc surgat LAUS Tua; Nostra salus.

Facta JEHOVÆ.

ANte DEUS mundum, 1) propria concertat a-
more

PROLI: (2) nos PROLIS vulnere, morte
legit:

3) Virgas, aut Erebum fabricat *querentibus istud:*

Quid DEUS, ante factus quam fuit orbis, agat.

4) Discite nasuti, quisquis MYSTERIA VERBI

5) Implicat, ingenio desipiente perit.

CHRISTUS IOVA.

CHRISTUS naturâ DEUS est, PHOTINE, vocatur

(1) IHOVA: (2) DEI NATUS proprius, unigena,

Eternus, primogenitus: (3) non-indigus ullis:

4) Cuncta sua replens DEXTERA: (5) Origo

Boni:

6) Verax: (7) propitius, (8) scrutans penetralia cordis:

9) Iustus, cui proprium est, semper id esse, quod est

10) Par PATRI factis: (11) Hominum Rerumve

REPERTOR:

12) JESUS, suppliciter quem colit omne genu.

13) Prostrator Satanæ: (14) peccati bajul⁹: (15) Autor

Pacis: (16) cœlorum JANVA: (17) nostra Salus:

A

Ergo

Ergò inter Superos si vis, PHOTINE, locari,
In Cœlum Christus sit tibi Porta DEUS!

Angelus, Orbis.

Dic age, quo Munans spatium sit conditus anni,
Dicam, qua Aligerum condita Turba die?

Calfacit Aura.

Principiò mundi, decerant quando Eurus & Auster,
Incubat eductis SPIRITUS almus aquis;

Illas fructiferas reddit, servatve calore

Vivifico, ne qua sint sine progenie;

Frigida mortales sumus unda, & amore caremus,

Nos divina suo FLAMMA calore movet.

Oremus DOMINUM, nobis cor crimine castum

Donet, nostra suo FLAMINE corda regat!

Numinis Aura.

Par nebulae, terrâ surgenti, irrorat ut omnem

Terram, cœlestis SPIRITUS esse potest.

Nam nostro thymiana precum succendere cordi,

Iram operite DEI, ne moriamur, amat.

Postmodò cum nostrum cor occupat, illicò clara

Lampas divina cognitionis adest.

Catholico VERBI divini Flumine mundum

Irrigat, atque hominum terrea vasa capit.

CHRISTE, affla polico nos FLAMINE, dirige,
serva,

Ne nebulae errorum pectora nostra tegant.

Pectora sursum.

Principiò mundi tellus apparet inanis,

Et vacua, hic nostri cordis imago patet.

Cor hominis terra est, lucis, pietatis inane,

Et vacuum cuncta spe, bonitatis inops.

Hinc

*Hinc toties monitos cœlestia querere, sursum
Nos nostra ad Cœlos tollere corda decet.*

Hœdus ab Agno.

*Prima dies mundi Lucem distinguit ab umbris,
Ultima Lux mundi prima futura piis.*

*Namq̄, bonis nox est totum, quod vivitur, evum,
In quo florescunt impietate mali.*

*Prima dies fœdos hœdos disjunget ab agnis,
Quapropter castæ pectore simus oves.*

REGIA CHRISTI.

*Sidera DOCTORES, ECCLESIA FIRMA-
MENTUM,*

CREDENTES Stella, quas numerare grave.

Stella sunt invisibiles, quæ turba triumphans;

PRAVOS discurrrens fortè Planeta notab.

*SOL CHRISTUS: Poli erunt duo Testamenta,
duæve*

Natura in CHRISTO: binus amoris apex.

Bis sex signa gerunt fidei, compagine sancta

Conjunctæ, binos quinque bis Articulos.

Motus in occasum mortis, vitæ exit ab ortu,

Ut peccata cadunt, Christus amore venit.

Et quando superam felix accedis ad Aulam,

A misera vitæ sorte reflexus ovas.

Flammigerâ Cœli letantur corpora Luce;

Sic etiam electos Gloria mira manet.

*Personat ipsa suum non-discors fabrica **OVAM**;*

*In Cœlis laudat Turba beata **DEUM**.*

***CHRISTI** sit nobis Ecclesia Mater in orbe,*

*Sic erit in polica jam **DEUS** Urbe **PATER**.*

Fœdus utrumque.

Sunt duo lativagi clarissima Lumina mundi;

Duplex Christiani est clara lucerna Gregis.

Luna præit nocti, Veteris sunt Fœderis umbrae

Et tenebrae, typicâ CHRISTUS in Arce latet.

Clara Dies, quæ omnes MESSIÆ illuminat umbras,

Sunt Testamenti Tempora clara Novi.

CHRISTUS, iustitiæ PHÆBUS, jam exortus ab
Alto,

Omnia nunc roseus jam fugat Astra Dies.

Christus, in adsumpta venerandus carne, coruscat,

Felix Gens, cui Sol, Christus in orbe micat.

Otia Vita.

Sol micat, in partes annumque diemque resolvit,

Phy! stolidus te, VIR, nil nisi torpor alit!

Factus Adamus.

Orbis, HOMO, colophon, tibi cum sint cuncta parata,

In mundum Dominus, cen tua Tecta, venis.

Incole sic mundum, ne te decollet honore

Mundus, nec præsum coelica Regna pete.

Quid sit imago.

Non hominis, FLACI, neque pure essentia mentis,

Ad quam Adamus erat cretus, imago Dei est.

Namque DEI amissa facie, substantia mentis

Humanig, simul corporis ossa manent.

At pia simplicitas, studium sapientiæ & æqui,

Quæis sacra nos summi Numinis Aura novat.

Hinc præclari animæ motus, concordia membro-
rum

Et Legis, promptum pectoris obsequium.

Non

Non DEUS Adamum lauit, non nomina rerum.

Non iter astrorum, non grave pondus humi.

Non labi potuit, cui erat perfecta facultas.

Ut posset labi-nolle, erat arbitrium.

Pro thalamo Paradisus erat, mundusve dabatur

Dote, coruscabant sidera leta Poli.

Jam pœnæ est totum, FLACI, quod vivimus, ævum.

O qua nos tenebræ! quanta pericla premunt!

Fœmina cetus.

Quid, IUDÆE, Deo cetus femella necatur,

Ut mare sit tutum, sit cibus ille piis?

Fabula, nam si illum, modò factum, IHOVA necavit,

Unde hodie cetus tam mare multus arat?

Post hanc nullus erit vitam cibus: omnibus esse

In Cælo cete nec satis un piis.

Temne tyrannos.

Fide DEO sevos neque, MENS, horresce tyrannos,

Præstò est, qui tumidas littore claudit aquas.

Interit orbis.

Mundus, ARISTOTELES, non est æternus, ut affers,

Namque (1) tua æternum condere dextra nequit.

2) Materia est mundus prima, formave decorus,

Materia ex nihilo condita prima tuit.

3) Est corruptibilis mundi pars: (4) tempore res rem

Exsuperat: (5) motus mobile tempus habet:

6) Lucida cælorum circum convexa rotantur,

Et faciunt certis tempora certa modis:

7) Stellæ conficiunt finito tempore cursus:

8) Omne figuratum non sine fine viget.

Dic, MUNDANE, cui totus Paradisus in orbe est,

Quò ibis, dum mundi machina tota ruet?

Orsa pedicli.

Principio mundi species non *nulla* pedicli
Facta, sed *hanc* rerum *pigra* putredo *parit*.
Naturæ vitium gignit putredinis ortum,
Corrige naturam, *cuncta* putredo *perit*.

II

Causa tonitrus.

Adami ante *niger* lapsum tonuisset Olympos,
Manasset terræ *nullus* at inde timor.
Jam modò, dum *magno* miscetur inurmure Cælū,
Ad *pia* te *puro* pectore vota cape.

Acta tonitru.

Dum *te*, MORTALIS, tonitru cum fulmine terret,
Mente tene, TONITRUS (1) mugit ab Axe DEI:
(2) Signat *cœlis* *latis* *signa* favoris:
(3) Ver facit, *aerium* mundat inane, pluit:
4. Confirmat Tabulas, Mosis *quas* tradit JOVA;
(5) Est icon VERBI, *quod* DEI ab ore venit
(6) Est terror *reprobis*, aderit cum fulgure CHRI-
STUS,

A *quo* diffugiet cor, pietate *rude*.
Esto *pius*, mundi *postrema* ubi venerit hora,
Cum CHRISTO Cœli Culmina *lata* petes!

Nostre DEVS spes.

Summo fide DEO, *cujus* te DEXTERA fecit,
MORTALIS, si *te* sors *inimica* coqvrit.
Nam *quod* opus fecit, non *quale* paravit, ab illo
Cessat, conservat *singula* facta DEUS.

Mens' quid homilli?

Mens homini *insufflata* DEI natura? *negatur*,
Nam *quis* *divinum* dividet ESSE DEI?

Noc

Nec natura DEI *pravis obnoxia* factis,
Nî, *quatis ut puerum*, vapulet ipse DEUS.
Hoc satis est, hominem *intra* ratione politum,
Judicio vincat *plasmata cuncta suo*.

Vivit Adamus.

Ante fuit lapsum *cuncta sine labe*, SOCINE,
Primus homo, mortis non fuit ergò reus.
Non sunt naturæ dolor & mors debita, per se
Mors naturam hominis nam nequit *ægra* sequi.
Causa sed est mortis, *mortis quod* tela metetur,
Id non naturam, sed *scelus* esse putes.
Ergò ideò *naturalis* mors dicitur, *ægra*
Quòd sit naturæ, quæ modò *læsa*, comes.

CHRISTVS & ARBOR.

CHRISTUS Vitæ ARBOS: Arbor (1) *per amœnam*
(2) *resurgens*

In cœlum; è terris CHRISTUS ad Astra meat.
(b) *Florida*; nec CHRISTUM *quisquam* marcescere vidit;

(c) *Fertilis*; è CHRISTO nascitur *omne Bonum*.

(2) *Alticoma*; est CHRISTI *doctrina altissima*,

NOMEN

Excelsum, *summi FILIUS ipse DEI* est.

(3) *Fructifera*; & CHRISTUS *cunctis in mensibus* edit

Fructus, hîc *folium*, *VERBA* beatæ tenet.
Fructus durantes, nec *quo* *macrore labantes*,
Operati, in Domino *quos pia corda legunt*
Maturi, *nostra*, bona nam *perfecta salutis*.
Suaves, *sunt molli Nectar* odore DEO.

A 4

Multâ

Mulci, quis numero caelestia munera prendet:

- 4) FIRMA; nihil CHRISTO vis inimica nocet.
- 5) In se semen habens, Christus fert Semina vitæ
- 6) Vivifica; in Christo vivimus, usque sumus.
- 7) Vernans, ex DOMINO nos in pietate viredo,
- 8) Umbrifera; & Christi nos satis umbra tegit.
- 9) Nidos dans avibus; populis est Christus Asylum;
- 10) Sacra; cunctis CHRISTI NOMINE vota
DEO;
- 11) Felix; in ligno suspensus disperit Haman,
In Christo pereunt mors, scelus omne, Satan,
- 12) Incorrupta; caro Christi putredine cassa est:
- 13) Succosa, & Christus sanguine, rore madet.
- 14) Eternans; pius in Christo, ceu palma, virefcit:
- 15) Defensans, Christus Turris, Asylon, Honos.
- 16) rans horto in medio; medio succifus in orbe
Christus morte, solo mox redivivus adest.

Vera Arbor thuris Christus, quia victima PATRI
Factus, quem ob fiunt vota recepta Deo,
Dispercat lignum Satanæ, quod ducit ad Orcum,
Hæc ARBOR CHRISTUS jam mihi sola sapit.

Hortus Olympus.

Hortus Eden Cælum est, cuius Deus optimus Authôr,
In quod homo, Christo ni Duce, nemo venit,
Fructus hortus habet varios; diversa beatum
Gloria, læta animis Mensa futura piis,
Vitæ arbor horto fuerat; viret ARBOR Olympi
Christus, qui nostra est Gratia, Vita, Salus,
Quattuor irrorant Paradisum flumina; Cæli
Lætificos rivos dicere nemo valet,
Hic aberunt morbi, Furia, tristesve querelæ;
Hic adest, quicquid mens pia concupiet.

Lin.

Lingue hortos mundi, mundi vaga gaudia lingue,
O ANIMA, in caelis gaudia vera cape!

CHRISTUS & Unda.

Emanat Fluvius Paradiso; Christus ab Alto
Descendens terris, rursus ad Astra migrat.
Quisquis aves Caelorum Niceteria, sancto
Cor Domini Caeli Nectare pasce tuum.

SPIRITUS unda.

Mittit Eden Fluvium, qui cunctos orbis inundat
Hortos; caelestis triste cor UNDA rigat,
Sanctam quisquis amat vitam traducere, rivum
Debes, qui sacri Numinis UNDA, sequi.

Vulnera rivi.

Flumin. qua irrorant Paradisi germina, Christi
Vulnera sunt, nostram pellere prompta luem.
Hinc Christus (1) placidus pro inimicis vulnera gu-
stat;

Et sapiens, medicat vulnera vulneribus:

2) Gratus, namque suo reficit nos sanguine: (3) cha-
rus,

Vulnera pro nobis corpore tanta gerit.

4) Læticia plenus mœrorum vulnera sanat,
Solatur, miseris gaudia mille parat.

O quem vis sceleris, quem vel mors mordet, anhelet
Christum, qui stimulum fregit & arma necis!

Dormit Adamus.

Ecstasis Adami sopor est, testatur Ebraea
Vox, somni solus proxima causa DEUS,
Et si naturæ sopor est, cur nescit Adamus,
Dum lateri rapitur Costa animata suo?

In cruce ubi CHRISTUS *moriens* obdormit, in
orbe

Succrescit *magno* TURBA *novella* DEO!

Reddita Costa.

Costa ubi Adæ, de qua DOMINUS produxerat
Evam,

Sumpta, ibi mox spatium *na* caro *casta* replet;
Ex Costa *celebris* fundata Ecclesia CHRISTI,
Qui *nostra* gestat debilitatis onus.

Huc ades, *eternis* onerant *quem* crimina pœnis,
Pars CHRISTI es, CHRISTO fide, BEATUS eris.

III Liber Adamus.

ADAMI lapsum DOMINUS non impedit *abstae*

1) ORDO; *quem sapiens* vult retinere DEUS.

2) LIBERTAS; *fuerat primus* qua cretus Adamus,

Qui *cunctas* superat vel ratione *fers*.

Unde DEUS *nullum* violenter cogi, at *omnem*

Sustentat *calem*, *qualis* in orbe *iget*.

3) OBSEQUIUM *promptum*, *Cœ* *gratis* *sim* *Vireus*,

4) VERBUM, *quod feris* *turpia* *facta* *ferit*:

Quare non DEUS est, *latis* *pietatis* *amore*,

Cui placeant *ritus* *dir* *venena* *mali*.

Esus Adami.

Non pomum, *police* *curpis* *transgressio* *legis*.

Inspersit mundo *semina* *cuncta* *Necis*.

Lex tibi sit *cordi* *divina*, *ede* *mala*, *malorum*

Impos, pomum *Erydos* *mitte*, *beatus* *eris*.

Crimina parva.

Et *leve* *peccatum* *summum*, *quia* *lædit* *JOVAM*,

MORTALIS, *merito* *debita* *pœna* *manet*.

Sic

Sic DEUS ultor adest, ut non præciditur infans
Mosis, ligna legens Sabbathæ morte colit.
Nec, quod Adas patrat, satis est leve crimen, JO-
VAM

Contemnit, Satanæ se socium addit Adam.
Tu fugies, quicquid peccati nomine fertur,
Nam de omni ratio re tibi danda venit.

CHRISTVS Adamus.

Horto in odorifero PRIMUS deliquit Adamus;
Pœnas ALTER, ubi Golgartha, solvit Adam.
O sedus scelerum fœtor! quæ morte piavit
CHRISTUS, qui CHRISTUM diligis, ista
cave.

Nudus Adamus.

PRIMUS, post facinus, nudum se cernit Adamus;
Sic ALTER nudus in cruce pendet Adam.
Huc ades, infelix quem denudavit Avernus,
Te decorat CHRISTUS firmate justitiæ!

Crimina defle.

Quando peccat Adam, foliis sua crimina celat,
At DOMINUS, replens singula, cuncta videt.
Ne tege, PECCATOR, DOMINO delicta revela,
Defle, fide DEO, sic scelus omne perit,

Fac bona, vives.

Vox DEI: Adame, ubi es? heu! mea te non gratia
novit,

Novit te, fœdum crimine, justitia.

Si nolis, NON TE NOVI, DISCEDE,
notare

Aure, bonum facias, defugasve malum!

Se-

Semen JESVS.

Non mulier, CLEMENS, *malieris* SEMEN JESUS.
Destruxit Stygii Tartara *serua* Ducis.

CHRISTVS Adamus.

Ob noxam *primi* & Furias *labentis* ADAMI,
Occidit *humanum* posteritate genus;

Ob mortem *alterius*, qui nos dilexit, ADAMI

CHRISTI, nos *superi* Numinis AURA fovet.

Mitte nefas, noli *placidum* crucifigere CHRIS-
TUM,

Nete jam inferni spiritus acer agat.

Bella movenda.

Contritum Satanæ caput est, sed corpus in auras
Se tollit, bellum membra *inimica* cient.

Membra *feri* Satanæ, mors, cæus criminis, *illa*
Lux mundi *Stygiis* ultima merget aquis.

O Homo, sic certa, ne crimine, morte *revinctus*
Amittas Cœlum, *victus* Averna luas.

Cœles homillus.

Causa, *bonus* lapsi quia JEHOVA, *miseratus*
ADAMI

Sponte sua Satanæ peccat, *adactus* ADAM.

Et VERBUM Factum Caro, sic non Angelus, inde
CHRISTUS MARIE est FILIUS atque DEI

Interit orbis.

Serpit humi serpens; vivit tellure propago

Terræ, non Cœli, *terrea* fercla sapit.

Non ita, *quem* Cœlum delectat, *caelica* quærit

Regna, perit mundus, *nulla* perennat humus.

Mu-

Mutua poena.

Dum Rex occumbit, *reliquum* prosternitur agmen,
Peccat ADAM, poenas bestia *quaque* luit.

Fracta potestas.

Cur dolo & arte domas, non vi, *fera* bruta? pe-
dici

Cur nolunt, Huc o, cedere? *lapsus* obest.

Quid Cherubini?

Quid Cherubin? *Spectrum?* non, *purgatorius* ignis?

Non, *sunt* Angelici bellica Turba Chori.

Merantur *facilem* circum sua castra popellum,

Vindice prosternunt *hostica* tela manu.

Justis invigilant inter discrimina mundi,

In Coelos animas, *post pia fata*, vehunt.

Noxia perdit.

Noxa, *velut canis*, ad limen cubat, usque *latente*.

Dum *se* cordi suggerit *atra* pede.

Et surgit, carni delectamenta *parando*,

Latrat, ut ad sensu gaudet *amicta* tuo,

Vulnerat ac mordet, *postquam* expergiscitur, ergo

Noxam, *ne noxa* sit tibi, *quisque* cave.

Miles homillus.

In campo contendit ABEL cum fratre Caino;

Sic caro cum *nostro* spiritu in arma venit.

Ne pereas *lucta*, *proprii* mediteris in agro

Cordis, HOMO, SUMMI *iussa* tenenda DEI

CHRISTVS & Abel.

Invidiae Furiis *succensus* & igne CAINUS

Fundit *Abelinum* funere corpus humi.

Et

Et quia *fraternum* potavit terra cruorem,
In *cultis* *segnis* carduus horret agris.
Exspectata *leges* *vanis* eludit *avenis*
Agricolas, *juncus* *pascua* *lata* tegit;
Sic CHRISTUM, (*summo* *quem* *mactat* *honore*
JEHOVAH)

Fratres *Judei* *morte* *feroce* *necant*.
Hinc etiam *spinis* horrescit *Pagina* *sacra*,
Nascitur *assidue* *sylva* *jugosa* *crucis*.
Sanctus ABEL, *sancto* DOMINI pro NOMINE
casus,
Pro CHRISTI *paciens* SANGVINE, *sanctus*
homo est.

Sudat Adamus.

Ut comedat panem, vultum desudat ADAMUS.
Radit agros, *duro* *rura* *ligone* *fodit*;
Sanguineo CHRISTI corpus *sudore* *laborat*,
Ut *comodit* *panem*, *velle* PARENTIS *agit*.

Cæde vacate.

HEVA, CAIN VANUM fratrem dum *cædit* ABE-
LEM,

Te VIVAM *luctu* *tristitiave* *necat*.
Et facit, ut RUBEAT *fraterno* *sanguine* *tellus*,
Nec *facit* *id* *frusta*, *pœna* *severa* *boat*.
Nam *scelerum* *passim* *Furiis* *agitantibus* *amens*,
Subtorto *veluti* *verbere* *turbo*, *volat*.
Sœpius *occurrentis* *germani* *fratris* *imago*
Latronem *ad* *pœnas* *voce* *querente* *vocat*.
Unde CAIN *Stygii* *POSSESSIO* *vera* *Draconis*,
O *casta* *humanâ* *cæde* *vacate* *manus*!

Signa

Signa maligni.

Ne scelus *admissum* negites, quod *conscia* facti
Mens, color, affectus, garrula lingua probant.

Sanguis ab umbra.

De terra *gelidi* sanguis succlamat ABELIS,
Sera Cain merita vult dare colla Neci;
Sic sanguis CHRISTI clamat, dum sanguine

CHRISTUS

Sudat, quò Satana Regna tremenda ruant.
At perimens fratrem non tollitur ense CAINUS,
Jus gladii deerat, *multiplicandus* erat.
Idcirco Satanam *postrema* Lucis, in umbra
Forte *catenatum* vincula dura tenent.

Judicis aures.

Vult audire prius DEUS, ac damnare CAINUM,
Des ut parti aures, PRÆTOR, utriq; tuas.

Erro Cainus.

Exfulat à facie JOVÆ, quem *conscia* cædis
Mens agitat, tutus nec manet erro CAIN;
Gens *Judea*, suos CHRISTI dum sanguine pugnos
Commaculat, patrios quærit ubiq; Lares.
Qui vis, ne *foeda* tua te mens *conscia* culpæ
Rodat, terra cave crimina, vive bonus.

Mitte Cainum.

Ne mactato CAIN *signatum*, subsequa fies
Primus, quem reliquis vult DEUS esse metum.

V

Nestoris anni.

Hem Patriarcharum nostro vivacior ævo
Vita! (r) Patres celebrant in pietate DEUM!

Tcl.

Tellus, diluvio nec dum *vastata*, *salubres*
Fertescas: (3) Cœli *mitior* aura sonat:
Quin *vinosa* Patres nondum convivia laxant,
In Furias illos nec rapit *agra* Viros.
Qui cupis egregios attingere Nestoris annos,
Impiger hos *sanctâ* vitâ imitare Patres!

In Polo Enochus.

Quis, tibi quis curtus? *Quenam* via ducit ad Astra,
Ut mundum, DOMINO Sanctus, ENOCHE,
fugis.

Cœlestes tibi sunt currus, sine corpore mentes,
Certa tibi CHRISTUS sed fuit ipse via,
Hoc iter, hos comites qui non habet, ibit ad Orcum,
Tu mihi, CHRISTE, iter es, tu comitesve dabis.

Unda beata.

Perditur omne animans, quod non includitur Arcæ;
Diluvio scelerum perditur omnis homo.
At pia servantur sacro Baptismate corda,
Ne Phlegæbonteis diripiantur aquis.
Sanctus in ætheris Baptismi Spiritus undis
Fertur, & his hominum pectora lota novat.
Ne pereas, sacri semper memor esto Lavacri,
Promissi comple debita puncta tui.

Est crucis usus.

Sub cruce *luctificas* noli protrudere voces,
MORTALIS, trutina, quod crucis esset opus.
Arcam diluvii Cœlo facit unda propinquam;
Te *suprema* crucis pondus ad Astra levat.
Cruce, ne *luxurians* multum vituletur, habenas
Imponit carni, crux bona theriaca est.

Im-

Quare tolle crucem, patientipectore gesta;
Nam *Christjanus* eris; si *Crucianus* eris.

Chamus in Orco.

Arca vehit CHAMUM CALIDUM, non CHAMUS
Olympum

Intrat, damnatur *quisque* nec haustus aqvis.

De)
Re) fluit Albis.

HAMBURGUM *vento, invenio* sine flumine ripas

Nec poterit portum Navis adire *suum*.

Stamus in Albi, expectamus sub fluminis ore,

Dum *refluens* nobis fluminis unda redit.

Nec spes nos decollat, adest mox unda recessu,

Et capit hospitium *nostra* carina *suum*.

Miramur facinus, rimamur origine fluxus,

Causas sed certas dicere nemo valet.

Causæ *nonnullis, clarissima* lumina mundi,

Ventus, vi quorum *magna* movetur aqva.

Montes, riparum positusve, situsve locorum,

E terra *vehemens*, qui petit alta, vapor.

Horis sex refluit, pariter sex defluit horis,

Hac fluit & refluit nocte dieque via.

Nec modò pars Albi *proprio* sic tramite ludit,

Et *tumidum* ridet littora sicca mare,

Hos remoræ nautis, undis *absentibus* hærent

In sicco, donec littora replet aqva.

Sic Albis currit, si quis vult cætera, PETRI

HESSELI Librum, *scripta venusta*, legat.

Causa triumphat.

Arca Noë *tumidas* ventis *jaçtata* per undas,

B

Arca

Mox montes Ararat ~~iam~~ quiete capit;
Sic DOMINI Navis, cui nunc *Ecclesia* nomen,
Evadit mundum, vadit ad Alta Poli.

MORTALIS, tua fors, per aquas crucis, ire supernos
Ad Montes, ubi sunt portus & alma quies.

Janua CHRISTUS.

Ne volucres Arca *missa* rapiantur abundis,
Ostia *clausa* manent; sola fenestra patet;
Vulnera sunt CHRISTI Cælorum Porta, *fenestra,*

In Cælum, CHRISTO nam sine nemo venit.
Ite fores Cæli, *stolidi figmenta cerebri,*
Vulnera sunt CHRISTI jam *mih*i Porta Poli.

Pax mihi CHRISTUS.

Emissa ex Arca, magnum per inane Columba,
JANE, *ferens ramum, quem dat oliva,* redit.

Subsidisse undas monstrat, pacemve reportat,
Et sperare jubet *dulce* Salutis opus;

Sic ubi *divina* incubuit *densissimus* iræ
Imber mundo, *hominum* sustulit unda genus.

Jam CHRISTUS, *supero Cælo demissa* Columba,
Humanum donat pace *beante* genus.

Tartarea mundum *mersum* de morte reducit,
Plutonis *Stygium* conterit *ipse* caput.

Hoc in, JANE, tibi à duris CESSATIO curis,
Et REQUIES, *verus* dixeris esse NOAH.

Vox DEI Oliva.

Sacrum Evangelium *merito* appellatur *Oliva,*
Ex olea vitam nam trahit *illa suam.*

Hæc

Hæc Olea est CHRISTUS, *solidi qui munus amoris*
Donat, adest *quovis gratia viva die.*

Humor inest Oleæ; cor CHRISTI humore *re-*
fertum

Vitæ, sub CHRISTO *condita cuncta virent.*

Unctio de fructu *viridantis* manat Olivæ;

Sic CHRISTUS *nobis Unctio sancta* manet.

Esca oleum lucis, *medicat nova* vulnera, sedat

sejunos, homini commoda *mille* parit;

Sic Evangelium, *cœlestis oliva*, profundit

CHRISTUM OLEUM, *cujus nemo recenlet*
opes.

CHRISTUS alit lumen, *medicatur vulnera*
CHRISTUS,

Dat nobis largâ munera multa manu.

Index est *revirens optata* pacis Oliva;

Ex VERBO CHRISTI *pax per amœna* fluit.

Ut ficus folia ADAMO sunt signa furoris;

Sic *sacer* est folium, *quod dat oliva*, favor.

In *quovis viridans* horto non crescit Oliva;

CHRISTE, *meo crescant cœlica* VERBA *sinu*!

Fragmina nubis.

Non semper *subitum* Cœli *velamina* frigus

Frangit, sed punit sic mala *nostra* DEUS!

Multa unda, multi populi, qui bella *ciere*

Regnis concurrunt, CHRISTE, *tuere eos!*

Æqvora sidunt.

Ex *Arca superas* emittitur ales in auras,

Exploratum undas, non redit, *Astra perie*

Omnia tunc Cœlo JANUS *constare sereno*

Retur, & *insidunt æqvora vasta* vadis;

Sanguine. CHRISTUS ubi ventos placavit & im-
bres

Irae caelestis sidera Clara micant.

Fertur in Astra volans, celsasque enavit ad Arces,
Ad DEXTRAM facilis confidet usque PA-
TRIS.

Sic, HOMO, corde tuo divinis rebus adhære,
Ut lati lustres Atria celsa Poli!

Sulphur & imber.

Ue multus Cœli cataractis funditur imber,
Dum pluviis primus perditur orbis aquis;
Ultima lux mundi cataractas rumpet olympi,
Depluet in rabidos cum pice sulphur apros.
Vae vobis, fidei pietate carentibus omni,
Ibitis infernos impietate focos!

Impius Orci.

Dum tibi caelesti terræ lux Luce peribit,
Quò te, EPICURE, pedes?, ah nigra Regna
patent!

JESUS Janus.

Arca exit JANUS, claudunt ubi flumina ripæ,
Mactat aves, paci lata trophæa parat?
Sic CHRISTUS, casta veniens de Virginis alvo,
Sedit, atque hominum pectora pace beat.
Pax brevis est mundi; pax Cœli æternat: amicat
Pectora pax Cœli; pax inimica soli est!

Laus tibi, JESU.

NOAH, liber aquis, animalia mactat ad aras,
Clementi solvit debita vota DEO;

JE-

JESU, quas dicam grates? Quæ carmina pangam?
Quem celebrabo? nisi NOMEN ubique
tuum.

Nam tibi debemus, quòd nos valitudine firmâ
HAMBURGUM tumidâ deferat Albis aquâ.

Hoc tibi debemus, nobis quia nauta benignus
Escam dat, naulum nec rogat ipse suum

JESU, nostra mane semper protectio, cura,
Seu nos terra ferat, seu vehat unda, rota

Apta PATRONOS nobis, ne viscera claudant,
Asint auxilio semper in exilio.

Accipiant, si quid Christjano Nomine præstant,
Millecuplò, capiant post pia fata Polum.

Sanguinis esus.

Jam, CHRISTJANE, licet rubro tibi sanguine
vesci,

Nam (i) magis in sacros non damus extra focos:
PAULLUS, quos DOMINUS nostrum confecit
in usum,

Grata concedit mandere fronte cibos:
Dum Gentes prohibet JACOBUS sanguine vesci.

Non MORALE putes, nam breve tempus habet.
Svader id, ut vitet malefanis scandala, cædem,

Se Cœleste NOË Dogma docere probet.

Errantes citius mentes adjungat Ebræis,

Quod factum est, rubro sanguine vive, licet.

Iridis usus.

Signum est, multicolor nigris in nubibus arcus,

Diluvio mundum perdere, nolle DEUM.

Velle DEUM rapidis mundum consumere flammis,

Iris purpureo cincta colore notat;

Acheræa CHRISTI resplendet ab iride Vertex,
Est nota, nulla DEI devorat ira pios.

Improbilas postquam recidit Phlegethontis ad
undas,

Tum fidei probitas cœlica Tecta capit.

Quem mala facta premunt, CHRISTI consideret
Arcum,

Spectet, divini PROMUS amoris adest!

Bacchus in uva.

Diluvium ante fuit vitis, sed defuit usus

Vini, quem mirâ repperit arte NOAH.

CHRISTUS inanis.

Se JANUS nimio postquam exhilarâsset Jaccho,
Non sœtus vini, membra supina jacet.

Et simul ac pueri somno videre *jacentem,*

CHAM ridens monstrat turpia membra Patris.

Hæc SEMUS proprio cum fratre obnubit amictu,

Turpia nec cupiunt cernere membra Patris;

Sic CHRISTUS, postquam Carchesia spumea
musti

Iræ divina, non sine felle, bibit,

Cervicem inflexam posuit, de stipite pendens

Dormivit, pueri torta labella rotant,

Et rident rubros revomentem corpore fluctus,

Despectum CHRISTUM paucula corda dolent!

Ethnicus intrat.

Gens habitat SEMI tentoria lara JAPHETI;

Intrat caelestes ethnica turma Lares.

O nos felices, genitos de stirpe JAPETI,

Quæis SEMI Proles, CHRISTUS, ad Astra via est!

Re-

Rektor in orbe. X.

NIMRODUS, Genitor NINI, *novi* sceptri
Monarcha,

Non Adam, atque Cain, *primus* in orbe tenet.
Nam (1) nulla ante viget lapsum Politia, paratum
Cum sit naturæ pharmon *illa mala.*

(2) Latro CAIN: (3) *una* non Urbe Monarchia
constat,

Nec par NIMRODO viribus *ullus* erat.

MORTALIS, *sancto* Reges venerare timore,
Sint *sua* jura Homini; sint *sua* jura DEO. XIX

Nimrod Averni.

NIMROD Venator Satanam praesentat, in orbe
Venantem laqueis candida corda suis: (2)

RETIA, diversæ *tentamina* plurima labis:
VENABULUM mors est: TURBA maligna Canes:

TELA, ferox tentatio, *dira* calumnia: & acta,
Quis nos accusans confodit ante DEUM.

SPICHLA, *ferventi* divini felle furoris
Illixa, *flammivomis* ictibus ossa perunt.

NIMROD robustus, *superove* rebellis JOVÆ,
Ædificat turrim, dissipat artifices,

Sic Satanas, crescat BABYLON, *confusio*, mundo,
Exstruit excelsis *vana* sacella tholis.

MENS pia, volve *sacram* pernox & per dia legem,
Non eris *inferni* præda *petita* Canis!

Victima mundi. XI

Construit ut Babylon turrim, *que* pulset Olym-
pum,

Descendit Cælo *capta* videre DEUS

Absquē mora, ora sono reddit discordia, cunctos

In mundi partes disjicit artifices;

Lux ubi postrema mundi provenerit horā,

Descendet justus fulgure & igne DEUS.

Perdetur mundus, mera qui confusio, totus,

Pro factis homines p̄ æmia digna ferent.

Multa ignominiā Judex damnabit iniquos,

Nil aget os, cujus lingua petulca fuit.

Sis bonus, ut coram stes CHRISTO JUDICE lætus,

MORTALIS, mundum linque; capesse Polum.

XII Crimen Abrahæ.

Crimen habes, Abram, Saram dicendo sororem,

(1) Cū sit quæsitum, num illa marita tua?

(2) Ne perdas animam, fallis: (3) non credis

JOVÆ,

Qui voluit semen multiplicare tuum.

(1) Nec minùs uxoris communes reddis amores:

(4) Consortemve tui criminis esse facis.

Qui fœda Pharaona in crustas crimine culpæ,

Nemo mala effingat, quò bona proveniant!

XIII Causa malorum.

Ut Paradisus erat JOVÆ Sodomitica tellus,

Hanc tamen effrenis dirave turba colit

Hinc Lothus, de fratre nepos, dilectus ABRAHÆ

In tam fœcundo vult habitare solo.

Ne mirere DEUM, seva benefacta phalangi

IX Præstantem, ostendit, causâ quis interitûs

Incola terræ.

ABRAM creber humum vertit, toto advena mundo

DAVID, nec JACOB non peregrinus erat.

Uttere

Utere sic mundo, qui vivis, ut incola mundi,
Ne perdas patriæ Tecta beata Domus!

XIV CHRISTVS ABRAHAM.

ABRAHAMUS ruit in sevos sub nocte tyrannos,
Quæ Lothum, rumpit vincula dura, ligant;
Sic CHRISTUS rigida multorum nocte dolorum
Devincit Stygii Regna superba Ducis.

Et scelerum vina ex celebri petit Astra triumpho,
Secum captivos colla revincta trahit.

Sic dolor est CHRISTI nobis Honor, horribilis
Mors

Vivida mors, mortis VULNERA, vita, Salus!

Exsul in orbe.

Exsilium pugna est, CHRISTI pro NOMINE
pugna,

Pugno, Exsul, DOMINUS porriget arma
tuo.

Nam DEUS, immensi solaminis autor & auctor,
Lassa dolorifero pondere corda levat.

Pugnant ABRAHAMUS, SIMSON, DAVI-
DICA parma,

JOVA juvat, fessos fonte sonante rigat.

CHRISTVS Abraham.

Innumeros Abrâm dextrâ sub Tartara mittit

Hostes, & Lothum liberat ense suum.

REX Salem reduci Bacchum Cereremve ministrat

Victori occurrit, læta precatus adest;

Sic genus humanum postquam Rex Pluto sub
Orcum

Captivum, duxit milite clausit iter.

CHRISTVS

CHRISTUS, de Cœlo properans, descendit ad
umbras,

Inferni rabidum sternit agema manu.

Eripit è letho miseros, & vincula rumpit,

Ad patrias Sedes, Regna superna, vehit.

Nos, regale Genus, nostro VICTORIA Christo!

Cantemus: nostro sit DECUS omne DEO!

Symbola sancta.

Trécentos ac octo decim sustentat ABRAHAM

Vernas, quæis hostes trudit ad interitum,

CCC. XXV. CONSTANTINUS in orbe

Magnus, laude virens, Indu-perator ovat,

Hic, errore suo dum taminat Arius orbem,

Nicanum surgit condere Concilium.

Et tot Episcopi ibi sceleratum dogma refutant

Nicanum sancta Symbolon arte parant.

Colloquium, sacro directum Codice, lauda,

Mortalis, pravum defuge Concilium.

Melchisedechus.

MELCHISEDECH Rex justitia, Jovæq, Sacerdos.

Victori Cererem, Vina dat ABRAHAMO,

Suppeditat Christus panem, cum Sangvine Corpus

Nobis in Verbi Dogmate suppeditat.

Spiritus hunc Panem nostris in cordibus almus

Fermentat, sapiat, condit a core crucis.

Hinc divina fluit nostra sapientia menti,

Et datur utenti Vita beata Viro.

MELCHISEDECHUM ABRAM decimis spoli-

isve venustat.

O HOMO, in Christo te, tua membra, litâ,

Mel-

Melchisedechus.

MELCHISEDECH *Christus, sine Patre & Matre,*

Sacerdos,

REX PACIS, *toto mirus in officio!*

Nascitur *illæsa pura* de Virginis alvo,

Non loquitur, *velut est ille locutus*, homo.

Clemens est, patiens, faciem, ceu petra, renidet,

Dum mortitur, lugent *Sidera, Saxa, solum!*

Surgens à morte, ex clauso redit ille sepulchro,

Cui nullum ingressum janua clausa negat.

Alta petens Cæli, captivos ducit Olympo,

Cujus iusta probè singula iusta manent!

Credulus ABRAM.

Sic vera fides, ABRAM, non damnat, at infert

Cælis, non etiam *me mea* facta beant.

Vana libido.

Ponit in *adversas divisa* cadavera partes

ABRAHAM; *innatum* divide cordis opus.

Est scelus, absque DEI nutu, sine Numine *santo*,

Cordis opus, carnis *vana libido tua* est.

Hoc à te JOVAM discriminat, inferit Orco

Te, sectare *bonum*, sed *mala* cœpta fuge.

Crescat avena.

Non mactat, volucres, abigit sed ABRAMUS ab a-

ris,

Dum cædit, *placido ritu* litanda DEO;

Sic

Sic neque, *MORTALIS*, de vita tolle necando
Hæreticos, *vita*, parte decente cave.

Triticeam supra segetem lolium exit inane,
Fasciculis meslis quod ligat alba suis.

Tristia mitte.

EXSUL, in exsilio ne te coquat *anxia* cura,
Sit quasi non *CHRISTUS* cominus *auxilio*,
Spera, *ABRAM* mactat pecudes, dispertit in aras,
Sidera caligant, lumine Phœbus abest
Dispositæ tentant volucres insidere carni,
Quas abigit, *spectans* sera quid hora feret.
Et mox *igniferas* miratur victima flammæ,
Summus *ABRÆ* pangit fœdera *lata* *DEUS*,
Promittit *CANAAM*, promittit gaudia *SARÆ*,
Promittit *CHRISTI* multiplicare *DOMUM*;
Sic *DEUS*, ut *Titan* solaminis occidit, ignem
Mittit, *triste* *sacro* *Flamine* pectus alit.
Est ignis stipulas; *nebulas*, solamine *cassas*,
In *nostra* absument *Numinis* *Aura* *cruce*,
In *lata* si *nulla* datur *tibi* *mansio* *terrâ*,
In *Cœlis* *verum* te *polite* *uma* *manet*!

Angor & ignis.

FORUAX (1) *ABRAHAMO* *conspecta*, *Ægyptia*
flagra,

Triste *jugum* est, sub quo *Gens* *sar* *Ebraea* *gemit*,
(2) *Fumat*; *Judæis* *dolor* *ingens* *crefcit* *in* *horas*,
(3) *Flammat*; *lethiferas* *Rex* *vomit* *ore* *minas*,
Ora, *MORTALIS*, *veniet* *post* *nubila* *Phœbus*,
Scrobs *hostem* *claudet*, *qua* *tibi* *fossa*, *ruum*.
Sic *Pharao*, *Ebraam* *celerat* *dum* *perdere* *plebem*,
Æquoreas *coto* *milite* *palcit* *aqvas*,

Fla-

Flammæ, quas spirat *Babylonicus* igne caminus,
Trigæ hominum parcunt, hostica membra petunt.

XVI Vxor amanda.

Nullus adest thalamus, quem non frivescula vexent,
Ergò catus Costæ vive, *MARITE*, tuæ.

Crimina linque.

Angelus hortatur, redeat, Dominæve ministret
HAGAR, & huc illuc non peregrina volet;
Angelus, æterna cœlestis origine *CHRISTUS*,
PECCATOR, nolcas cæpta nefanda, monet.
Ad facilem puro redeas in corde *JEHOVAM*,
Et fuge, quæ semper mundus & Orcus amant.
Sic erit *HAGAR ABR* ægratissima portio mensæ,
Abrahami æternus te sinus excipiet!

XVII Membra recide.

Ritus, qui pueris cultrô genitale recidit,
Designat (1) magni Pacta recepta *DEI*:
(2) Justitiam fidei, venturæ gaudia vitæ;
Thariada Gentes altiparente satas.
(4) Fractæ naturæ maculas, ab origine tractas.
(5) Baptismum, vitæ qui mala facta lavit.
Hunc ritum retinet, vitam ne perdat *Ebræus*,
Baptismum serva, janua certa *Poli* est!

Parce puellæ.

Non damnes minime-recutitâs ingven *Ebræas*,
Nam (1) sunt *Isaaci* vera propago *PATRIS*:
(2) Sacrifico sanctæ ritu: (3) Paschalis ad *Agni*
Missa esum: (4) verpis progeniteve viris
Et quia non circum pariter ciduntur, habetur
Naturæ ratio, & corporis invalidi:

Prin-

Principiò, Prolem Genitor producit JESUM

Absque Viri tactu Virgo Maria parit.

MORTALIS, *superi qua sunt præcepta JEHOVÆ,*

Serva, nam monstrant molle Salutis iter.

XVIII **Triste Cor undat.**

EXUL, *in exilio, terra jactatus & alto,*

Ne vires animo subtrahere, fide DEO,

Ut medium fervens Titan percurrit Olympum,

Magnus Abràm visit, non sine mercede, DEUS;

Sic, quando intendit nimius crucis æstus & ignis,

Christus adest, Rivis arida corda rigat.

Pauper ad escas.

Quando lata parare soles convivium, desint

Ab salomo, ASSVERUS; assit amicus, inops.

Sic faciunt ABRAM, DAVID, tres accit amicos

Illos; sed hic servis dat sua poela suis.

Angelus esto.

Adsumpto verè sub corpore Triga Virorum

Cælica, non verò quò faturretur, edit.

Sunt homines lenis pia delectatio JHOVÆ

Nostri, quæ minimè debet, amore facit!

Mortua Terra.

Nascitur è sterili proles dulcissima Sara,

MORTALIS, quinam te genuere, vide.

Urna Pater, Mater vermiculus, Terra Parentes,

Ergò quid ad vitam mortua terra valet?

His tamen, ut non carnales eximus, in umbra

Sang Vinis ac carnis ponimus exuvias,

Dotibus exenti, corpusque animamque beati,

ISAACO RISU lætitiave pares,

Pro

Pro lacrymis lacrimis capiemus Olympi
Nullus turbabit gaudia nostra dolor.

Angelus adstat.

Aligeri contra Sodomam sua lumina verrunt,
Nam Sodomam in summo tora reposta malo est.

Impia, par Sodomæ cognomine, crimine turba,
Quæ negat immensum carne animave DEUM.

Ne policus torvo spectet te lumine cæcus,
O HOMO, ne pereas, cœu Sodomam, esto pius

Exhilara ætherias contrito pectore Mentem,
Te referant celso, post pia fata, Polo.

Nil sine causa.

Te qui adamat, Sodomæ pangit tibi JHOVA ruinam,
ABRAHAME, ut (1) Sodomam corde precante
juves :

2) Peccatum Sodomæ totum vulgetur in orbem,
Qua deni nec erant in regione boni.

3) Judicium ante tuos divinum semper ocellos
Ponas : (4) cor sibimet vinciat ipse tuum.

Hic mos est Domini, quàm perderet, ante cavere,
MORTALIS, Domino da pius obsequium

Pœna piorum.

Non rarè Deus in fontem cum fonte severas
Ad pœnas, reperit si mala nulla, trahit.

Nempe insons (1) fidei constantis robora præstet :

2) Sortem humili gestet corde animove suam :

3) Noscat ; sese inter vitiatas vivere gentes,
Publica sæpè pios tela ferire viros.

4) Se mundet ; sepre est agitata Maria malignis
Flatibus, ut vitam corrigat sua suam.

Det

Det DOMINO laudes; *miserum* ceu natus in
orbem,

Non Patris, aut proprio crimine, cæcus agit.
Cogitet, *innata sine nullum* vivere labe,
Et pœnam *nostri* criminis esse Necem.

Mortalis, purga maculas, *quas parturit error,*
Erroris mentis *quis* meminisse potest?

XIX Vespera mundi.

Intrat *cælestis* Sodomam sub vespere Triga;
Judex sub mundi vespere CHRISTUS adest.

Et tunc vesper erit cordi, pietatis *egeno,*
Messis erit, *mistus* fletu ululatus erit.

Ne te, MORTALIS, *tenebrosis* obruat umbris
Orcus, sub CHRISTO, SOLE *favente,* mane.

Sic erit, ut *Lothum* Sodomis educit, ab hircis
Te motum, *lectas* deferret inter oves.

Conde puellas.

Peccat, *prostituens* Sodomitis pignora Lothus,

(1) *Nulla* est *Virginei* jure pudoris herus:

(2) *Phuris,* ut *externi,* *farinæ* dulcedo putatur:

(3) *Quò* bona confiant, non facunda mala:

(4) *Cælica* transgreditur præcepti limina sexti,
Qui ledenda ansam Virginitatis habet.

At quia consilii *vacuus,* formidine *plenus*

Peccat, *cælistuo* *rucus* ab igne manet.

Da bona verba.

Nemo precare *malum* *vesanis* hostibus omen,

Tanget eos *celeri* pœna *superna* pede.

Angelicis tentant Sodomitæ inferre Ministris,

Nequitiam, *capri* *lamine* *utroque* jacent.

De

in
Desere mundum.

Lothus, *ne pereat*, Sodomis exire jubetur;
Ne pereas, mundo *te sacra* Verba trahunt.
Quare, MORTALIS, Domini fac iussa, relinque
Mundum, *lata tuam* per crucem ad Astra vola.

Judicat Orbem.

Sol *oritur* mundo, *moritur* Sodomæa propago,
In *tuta* Lothus ponitur Vrbe Segor;
Extrema mundi serie evertentur in æquo
Judicio, Christo qui caruere Duce.
At, Sol justitiæ, Christus, fulgore *coruscans*
Cælesti veniet plenus amore piis.
Ergò, HOMO, si nolis tenebras Phlegethonris &
ignes,
Permaneas Christi *fidus ubiq;* comes.

Mulciber aufert.

Sæpe solent nobis minitari incendia Fasti,
Mortalis, *presens* sed tibi causa mali est.
(1) Pœna Dei pro peccatis: (2) incuria *nostra*:
(3) Saturni & Martis cum Jove concilium.
Hi namque in *celso* quando spatiantur Olympo,
Aut Phœbo se addunt, *cantus* ab igne time.
Adspectus Cœli *calidos siccossq;* calore
De terræ fumos ventre ciere solent,
Quos si quis tractu deglutit in aere, sanguis
Ambustus nuniùm pectora *sicca* facit,
Hinc Cholerae fœtus, *vehemens* furor, ira que men-
tem
Præcipitans, *stulti* germina consilii.
Quin, *his* sub *facili* Cœlorum adspectibus igni,
Flammas res, *plene* fomite, concipiunt

Quare

Quare ne scribas Prognostica talia ventis,
Te revoça, lacrymis adjice vota tuis,
Vulcani custos nocituri sedulus esto,
Ne tibi, vicinis ne qua pericla pares.

Non mala captes.

O HOMO, delectant si te oblectamina mundi,
Titillat tenerum vel Venus atra jecur.
Mox subeat menti, quare divina per aures
Vox eat, & Cœli fulgure porta tonet.
Cur DEUS excelsas dispergat fulmine turres,
Et terræ in tumidas pondera fundit aquas.
Causa erit, igne nefas, ignem Deus igne coercet,
Multis punit aquas ebrietatis aquis.
Sic mala contrito cessabunt crimina cordi,
Te reget æterni gratia larga DEI.

Stans fuge lapsum.

Urbs Sodomea Lacus torus, salsedo, bitumen,
Sulphur, quo vitam bestia nulla fovet.
Ripa lacûs pulchro fert penâula poma colore,
Qua fumum mittunt, indice pressa, levem.
Qui itas prosper, uti Gallina filius alba,
Perspecta, lapsu ne graviore cadas.

Turba pusilla.

PARVA Seor, LOTHUM servans, Ecclesia Christi
est,
Quæ Sodomam mundi PARVULA Turba colit.
Hanc nisi conservet cœlestis dextera, tuta
Non erit, ah mundi fulmine & iumbre ruet!
Oremus Dominum pacem, quæ Ecclesia nostra
Sarcastum salvet Religione Gregem!

Pe-

Pectore cautus.

Si scelerum regno, MENS, vis exire, (1) salutem

Conficito prudens corde tremente tuam:

(2) Ne retrospicito, *Lothi velut Uxor* (3) adito,

Quæ frons ostentat casta: (4) viro fide.

Nam secus, à tergo carnali fune revincta,

Stabis, non ibis *lata* Theatra Poli!

Quæ bona, lauda.

Quæ cupis incestum Lothi defendere, Patrem

Defendas, Natæ non sine labe manent.

Natæ *udum* Vino faciunt peccare Parentem,

Offendunt *tanta* pectora *casta* lue!

XX. Poena Monarchæ.

Plaga PATREM, REGEM ABIMELECH, quo

tangat ob Iscam,

Nescio, fors thalamus pignora *nulla* videt:

Aut sua lethales sentit per membra dolores,

Rex, *sua* vel Veneris præmia nosse nequit.

At cuivis *licitum*, ut *libitum*, sentiscere, tantum

Ne nimium *sapiens* se cor habere putet!

Cede, relinque.

Divinis monitus somnis dimittit ABRAMO

Uxorem *Abimelech*, munera *larga* parat;

Sic, HOMO, per *vigiles* quando te JOVA Ministros

Commonet, è somno te rape nequitia.

Id fac manè, *quoad* veniæ tibi gratia lucet,

Frugiferas vitæ fer *melioris* opes.

XXI. Lac dato, Mater.

Ne renuas, MATER, si sis modò corpore *sana*,

Infantem *proprio* lacte cibare *inimè*

Namque (1) ideo natura duplex patientibus uber
Præbet: (2) utrumq; pari pectus amore calet:
(3) Lacte malos fugit nutricis pufio mores:
(4) Nec puero quisquam sic favet, atque Parens.
Sic Isaac alitur materno lacte, DAVIDEM
Vel Christum Nutrix ubere nulla fovet.

Gaudet Olympus.

Se juncto à mammis puero, convivium promptat
ABRAHAMUS, replent prospera vota Lares.
Lac scelus est nostrum, quod aquæ potamus ad instar,
A quo depulsos gaudia mille manent.
Ergo, HOMO, vivendi perversos exue ritus,
Fac sanctum vitæ post melioris opus.
Nam te ideo expectant polica convivium Mensæ.
Ut te convivam læta videre queant.

Tetra Cupido.

Ejicit ABRAHAMUS tectis cum Matre puellum,
Hæres Ismael non potis esse Domus;
Pectoris Ismael motus; sed cæca libido
HAGAR, qua remove corde, quietus eris.
Non capit atra tue cælestia Regna Cupido
Carnis, ad Eumenidum pertinet illa focus.
Congruat idcirco polica cum Luce Voluntas,
Serva divinum Dogma, beatus eris.

Rivus JESUS.

Divitem aquis utrem per vastam gestat eremum
HAGAR, quo tandem deficiente, sitit;
Lex aqua, que durat, quoad his Ecclesia Christi
In Terris precibus, dogmate belligerat.
Ne fervente siti sicco pereamus in Orbe,
Para dat nobis pocula Christus aquæ,

Fons

Fons est Christus aquæ, ad cœlestia Regna fluentis;
Qui bibit, eterna non perit ille siti,

Sidere fausto.

Non mentitur ABRAM, Natum si adducere servus
Promittit, facit id, nempe volente DEO.
Tanta fides illi sanè fuit, igne crematum
Possit ut Isaacum vivificare DEUS.

Omnia Christus.

Promptat Mulciberem, secum enlem portat Abrahã
ham,
ISAACO summum vult adolere DEUM;
Sic Deus, in Prolem quasi cessat amore Parentis,
Natum iræ mactat cuspide & igne suum.
Si Deus unigena Nato non parcat, in usum
Dat mundo, nobis omnia Christus erit !

Christus & ISAAC.

Ligna suis humeris ISAACUS victima portat;
Sic propriam Christus bajulat ipse crucem.
MORTALIS, cupidus Christo convivere, debes
Ferre crucem Christi, fidus & esse comes.

Christus & ISAAC.

ISAAC nescit ubi, qualis, qua victima; Christus,
Ignarus sceleris, victima factus obit.
Sic Agnus mundi, sed adhuc ab origine mundi
Occisus, mundi cuncta piaeta luit.
Jam te, CHRISTE canam miserantem incommoda
nostra,
Cantabo polycis facta verenda metris !

C ; Chri-

Christus & ISAAC.

Cornibus ABRAHAMI aries sub vepribus hæret;

Sic Christum scelerum *spinea* sylva plicat.

Isaaco *dimisso*, aries fit victima, *nobis*

Libertas oritur, victima Christus obit.

Jam Patèr & Natus repetunt tentoria *lati*.

Et *nobis* Cœli gaudia *fausta* fovent.

Turca quid offers?

Turca ISMAELEM vetulus non immolat ABRAM,

Collum Isaac ensi destinat *ipse suum*.

Vincitur, *pedibus* non quòd timor applicet alas,

Id *sacra* divini postulat Ara foci.

Messiaë (Christi) typus est, quem despicias ultrò,

Quo sine nec Cœli Regna beata capis!

XXIII. Præmia Cœlum.

Exsulibus *certa* est, Exsul, possessio terræ,

Latere, hanc nobis jam Monumenta tenent.

Ut sit *perpetui* possessio *vera* sepulchri,

Speluncam ABRAHAMIS, quo decet, ære parat.

Et benedicuntur tumuli *Possessio nostra*,

Nil *stabile* in mundo, *sola* sepulchra manent.

Hac data clementi nobis possessio Cœlo,

Nam vitâ positâ, pulvis & umbra sumus!

Extrema tacitis *educti* luce sepulchris

Ibimus hæredes *Patria* Tecta Poli.

Quare ter *duri* *paciens* incommoda mundi,

Qua negitat mundus, mox dabit illa *Polus*.

Flectitur Exsul.

Exsul, pro Christo, fex mundi; *Gloria* Cœli

Exsulis est osor mundus; Olympus amor:

Exsulis

Exsul homo rarus Fautor; fivret usque Jehovah.

Exsulem Averna petunt; sed Polus ipse tegit:

O *Exsul*, mundi probrum! O habitatio Christi!

Exsule, non tellus, cœlica digna Domus!

XXIV. Jussa ministra.

Ecce, ELEAZAR, habes, tibi quæ mandat ABRAHAM,

Fac juramenti sis memor ipse tui.

Si non audierint, tanto quæ nomine dices,

Non tu, illos tandem pœnituisse patet;

Fac pariter, tibi si sunt auditoria curæ,

Dic dicenda, tuo cætera mitte DEO.

Si non audierint, infons eris, illa tenentur

Contemptus causam post aperire sibi

Sin secus, illa luent culpam, te pœna sequetur,

Felix, officium qui sine fraude facit!

Sponsa, ministri.

ISAACO ducenda ELEAZAR dona REBECCÆ

Offert, sic fidus, quæ faciunda facit.

Sic SPONSAM Servus properans adducere Christo

Porrigit in charas munera cara manus.

Auribus ex auro pretiosas indit in aures,

Verbum, quod patulas exigit auriculas.

Porrigit armillas, duo Sacramenta, LAVACRUM,

Cœnam, quæ Christi Sangvine, carne cibatur.

Nunc, HOMO, te fidei combina glutine Christo,

Post capies Sponsi cœlica Tecta tui!

Munera Virgo.

Ut tuas das conspectæ, ELEAZARE, dona RE-

BECCÆ,

(1) Exploras mentem Virginis ipse bonam:

64

(2) Ur-

(2) Urgent hospitii defectus, signa, **REBECCA**
Isaaci nam sit Sponsa futura tui.

(3) Nec mala mox audit Virgo, *qua munera captat*
Et data dat matri Dona **REBECCA** sua.

Dilige Patrem.

Ne sine consensu *presentium*, **NATE**, Parentum
Præsumas *socii* fœdus inire thori.

Nam (1) non sponte *sua* ruber Adas eligit **Evam**,
Sed Deus *hanc illi* divite dote locat.

(2) De Natis dantur Patribus præcepta *jugandis*:

3) Lex mandat: *Proles* mactet honore **Patrem**:

4) *Irrita* nudata Genitor connubia Prolis
Reddere, *facta domi*, frangere vota potest:

5) **ISAACUS** ducit, *svadente* Parente, **REBECCAM**,
Sic **JACOB** *pulchra* gaudet amore **RACHEL**.

6) *Omni*parens subdit sobolem natura Parenti.

7) Addecet, ut proles sit bene-*grata* Patri:

8) Virginitas *tenera* non *vota* propaginis, inde
Pars *illi* solùm *tertia* sola manet.

Tertia nam matri *data* pars; *data* *tertia* Patri:

Ergò tibi uxorem ne *rape*, **NATE**, roga.

Dic: *corpus* *prestans*, *animum* *Virtutibus* *aucta*,
In nostrum tandem, **SPONSA**, *cubile* veni!

Fœdera sancta.

Disparitas fidei prohibet connubia jungi,
Connubium nunquam *dissuivit* *illa* *ratum*.

Gratus Olympo.

Causa **Conjugii**, *quo* **Isaaco** *juncta* **Rebecca**,

Adspicit *oppiparas* *splendida* *Mensa* *dapes*;

Pœnituisse *pium*, **CHRISTI** *que* *animæq*; *jugale* *est*

Fœdus, *cælesti* non sine *judicio*.

Hic

Hic peccatoris lacrymæ, *fragrantis* odoris
Vinum, hîc è *calido* pectore vota cibus.
Nil ita, ceu *purum* scelerum, placare JEHOVAM
Cor valet, hoc adhibe, sic sine thure litas.

Vela Rebecca.

Ut *viso* faciem veles, REBECCA, Marito,
Mens *subjecta*, pudor, mos populivæ monent;
At coram Isaaco *cælesti libera* vultum
Stabis, *ut est*, SPONSUM *leta* videre tuum.
Felix, qui *socium* prudenti Corde Puellis
Se *addit*, nam Cæli gaudia *promptus* adit.

XXV. Junge secundam.

Huc ades, ô *prima viduatus* conjuge, tractat
ABRAHAM *socii jura* *secunda* thori.
Charæ post obitum SARÆ, KETURA *omne pu-*
dici

Pectoris ABRAHAMO *spirat* aroma Viro.
Fac, *tibi* conjugium si mors *laceravit*, *acerba*
Si *tibi* fors, *renoves* jura *marita*, licet.
Hoc tamen *oberves*, *orbe* suboli *accipe* matrem,
Ut sub *vite* *virens* sit sine *lite* domus.

Quid valet hostis.

O Homo, nil *hostem* timeas, nil *verba* *minasve*,
Si DEUS est *nolens*, nil *inimicus* obest.
ABRAMUS ISAACO, *qua* possidet, *omnia* tra-
dit;
Dat *placidus* CHRISTO *condita cuncta* PATER.
In Cælis CHRISTUS DEXTRÆ PATRIS *as-*
sidet, *hostes*

Compescit *ferro vindice* & *igne* suos.

C S

Finis

Finis honores.

An malus ISMAEL, dubito, EXAUDITIO IHO-
VAE est:

Coram oculis fratrum non inhonorus obit:
Longevi digno pia funera Patris amore
Curat: it ad populum, post sua fata, suum.

Interit hostis.

ESAVUS rubicundus & omnia membra pilosus,
Fratrem, parte potest qua modò, persequitur;
Sic hostes CHRISTI, truculenta mente pilosi,
Consiliis, technis, sanguine, cæde rubent.
At DEUS est vindex, & pœnas sanguinis urget
Innocui, sanguis clamat ABELIS humo.
Et nos clamemus cum Mentibus, usque rogemus:
O DEUS innocui sanguinis ultor ades!
Ebria perfuso mulier stat sanguine JESU
Testium, in ultrices præcipitanda manus.

Reprobus Esau.

Vendere non chari dulcissima vota Parentis
ESAVUM esuries cogit, at ingluvies;
Sic primogenite cælestia munera dotis
Contemnunt reprobi, ventris amore tument.
Ah cave, sis ESAU, FACIENS immania cœpta,
Sis JACOB, mundum mitte, reqvire Polum.

Exsul abundat.

XXVI.

EXSUL, ne doleat multum tibi, Patria linquas
Quòd bona, quòd nimium pauper ubique gemas.
ISAAC it Patria, peregrina sevit in ora,
Unus centuplices protulit annus opes.
Nostra erit in Cœlis, illam si terra negabit,
Messis, de vario concumulata solo.

Hic

Hic *ISAACI* erimus, *videntes vincula rupta,*
EXEMPTI scelerum carcere, mole crucis.
Hic semente *bona* cordis *qui* sevimus æquor,
Centuplices lata mente metemus agros.
Quare *fer* *paciens*, *qua* te modò *cunq;* molestant,
Sis *par* agricolæ, *gaudia* *certa* metes.

Cor tibi curæ.

Ceca *Palestinæ* puteos, *quos* *fodit* *ABRAHAM,*
Invidia *ISAACO* pulvere humove replet;
Sic *Satanas* animæ fontem cordisve scatebras
Oblimat *curis*, *ebrietate*, *bonis.*
Id *facit*, *in* *primis* *cernens* *in* *tramite* *recto*
Ire *pios*, *casto* *vivere* *corde* *pios.*
Sic *DAVIDEM* *ad* *adulterium*, *numerare* *que* *gen-*
tem
Movit, *ter* *CHRISTUM* *sic* *negitare* *Petrum.*
O *HOMO*, *custodi* *proprii* *penetralia* *cordis*,
Saxo *CHRISTO*, *Aura* *Numinis*, *obde* *fores.*
Et *nihil* *impuri*, *Satana* *motore*, *patrabis*,
Sacrabis *casto* *te* *pietate* *Deo.*

Dogma Salutis.

Effosfos *puteos* *RECHABOTH* *denominat* *Isaac*;
Latum *Evangelii* *Dogma* *vocare* *potes.*
Latum *est*, *fertur* *Apostolico* *clamore* *per* *orbem*,
Cælisfluâ *quodvis* *cor* *bonitate* *rigat.*
Prolixum *resipiscenti* *commonstrat* *Asylon*,
Nimirum *CHRISTI* *vulnera* *cuncta* *Dei.*
Ergò, *HOMO*, *si* *te* *agitat* *maledictio* *legis* *&* *Or-*
cus,
Prende *fide* *Christum*, *cælicus* *Hospes* *eris!*

Vera

Vera FIDES stat.

Nostra FIDES Evangelica (1) antiquissima, Frater,

- a) Cum mundi *sua* habet semina principio;
- b) *Semper-grata DEO, solus quam* tradit JESUS,
- c) *Martyrum abundantis sanguine, morte rata,*
- 2) *Suprema* est, secum *Mytheria caelica* gestat;
Nec *superans cunctum* non rationis opus,
- 3) *Perfectissima*, habet *nostra* quaecunque saluti
Sunt opus, à nobis quæ cupit alina Fides,
- 4) Est *Sanctissima*, seu spectes Authoris Honores,
Seures, *quas* poterit prendere *nostra* Fides.
- 5) *Simplex*, nam vacuat *vanis* Mytheria nugis,
Nec vult humanâ se ratione regi.
- 6) Est *Fortissima*, nam (a) Satanam debellat, (b) &
Orcum
Dissipat (c) *infernâs* nil timet usque Fores
(d) Nil ausus hominum, nil vel molimina *prava*
Curat, deridet viribus absque minas.
- 7) Est *certissima*, stat cujus fundamen JESUS,
Sanctus quam Codex, facta tremenda probant,
Ergò Fidem, *Frater*, falsam dimitte, probatam
Et veram, sacro Codice teste, tene.

Ethnicus Esau.

ISAACUS manus ESAVI, vox ipsa JACOBI est,
Dicens, JACOBO prospera vota negat.

Porro tamen blando JACOB à Patre reportat,
Et firmâ carpit vota secunda fide.

Sic Hæmorrhousa manu orat supplice CHRISTUM,
Audit: ad Ebreas sum modo missus oves,

Deinde tamen fidei fortissima robore prendit,
Quod rogat, & remeat corpore sana domum.

Sis

Sis, HOMO, gentili vel Ebraeo sanguine ortus,
Nolobstat, CHRISTO crede, beatus eris.

Pacis Origo.

ISAACUM ABIMELECH, PHICOL, AHU-
SATHve salutant,

Et certa pacem conditione parant;
Sic venere Magi ad CHRISTUM, qui Pacis Origo,
Flexo prominentes munera larga genu.

Pax opus est nobis, nequit illam tradere mundus,
E Cœlo validâ voce vocata venit!

Ære para Aras.

Quid faciam, LUTHERE, quidem me publica
CHRISTI

Dicere VERBA sinit Turca, sed æra rogat!
Dacitò, non VERBUM, neque SACRAMENTA,
parari

Qua nequeunt nummis, sed Bona Pacis emest.

Alea fallax.

EXSUL, habet flocci, te orbis si ridet & Orcus,

Mox cadet *inversis* alea *jaçta* notis,
ESAVO Dominum benedictio *dia* JACOBUM
Præficit, & *major* verna *minoris* adest;

Sic erit in Cœlis, benedictio *tanta* sequetur
Electos, *nulla* *qua* *peritura* die.

Electi in CHRISTO Domini statuentur, in Orcum
Detrusa Genti *judicium* ve ferent.

Exprime grates.

ISAAC ABIMELECHO escas post fœdera ponit;
Nobiscum CHRISTUS Sanguine fœdus inicit.
Nempe *Novum* Testamentum, Convivia promit.
Nos vero reficit Sanguine, Carne cibatur.

Et

Et *pastos* iterum *jucunda* in pace remittit,
Ac, bene *que* faciat, commemorare jubet.
Esto *gratus*, *HOMO*, semper benefacta repende,
Ingrato toto pejus in orbe nihil.

Unda Lavacri.

BERSABEE, puteus *JURAMENTI* esto Latinis,
Factum partis ubi pactum *utriusq;* ratum,
BERSABEE Baptismus, ubi nos *foedere* *CHRISTO*
Jungimur, & nobis *nox*a remissa perit.
Ac nos *nostra* bono vincit stipulatio *CHRISTO*,
Illius fido jussa tenere sinu.
Hic jurat *DOMINUS*: *Ne vivo* ego, nolo *maligni*
Mortem, *conversum* *coelica* *Vita* beat.
Et tradit *proprium* morti pro crimine *NATUM*,
Cui nos *BAPTISMUS* confepelire solet.
Ergo, *HOMO*, *ne pecces*, *ne detrudaris* ad *Orcum*,
Baptismi semper Te meminisse juvat.

Pessimus Esau.

Dum tibi *complures* socias, *ESAVE*, Maritas,
Peccas, nam contra *coelica* jura facis:
Te *Genti* *misces* *Cananae*: *neve* rogato
Ducis *Patre*: *Seni* fers *mala* *dira* *Patri*:
Ut *vireas* *felix*, *foedus* *sine* *Patre* *jugale*,
Non *pangas*, *magnum* *disce* *timere* *DEUM*.

Mundus, ut Esau.

Quid, *CHRISTJANE*, tibi cum *Mundo*? *Mun-*
dus & *Esau*
Sunt unum, *Satanæ* *pessima* *jussa* *movent*.

Mur-

Mundus *securus* nisi Dæmonis horret ob iram,
Quam tamen *infaustus* occulit usque viis.
Mersus avaritiâ, *discors*, *fastu*ve *malignus*,
Par fœda toto corpore, mente sui.
Mundum, *mancipium* *Sarane*, fuge, namque peribit
Mundus, *mundanos* *evicus* ignis alet!
Sic tibi vive, DEUM *clementem* *semper* honora,
Ut *proles*, *redama*, *semper* ubique time,
Ille Tui FACTOR, SALVATOR, & ille *severus*
JUDEX, quem nec res ulla latere potest,
Vive *Homini*, si te *majori* vincit honore,
Sis *ipsi* *meritum* *promptus* in obsequium.
Æquali tibi te *stabilis* concordia jungat,
Consensus fidei Dæmonis *interitus*!
Pauperis esto *memor*, quem *classis* sustinet *ima*,
Quicquid das *inopi*, *cælitus* accipies.
Vive tibi *purus*, IHOVÆ da *scrinia* cordis,
Custodi os, cor sit *semper* in ore *tuum*.
Vive tibi *castus*, *labes* non collutulet te,
Sit *mens* in *casto* corpore *casta* tuo.
Sint *sua* jura *Choro* *summo* *sua* jura JEHOVÆ,
Sint *sua* jura *Foro*, sint *sua* jura *Thoro*.
Sic *Christjanus* eris *reipsâ*, non *nomine* *solo*.
Post *scandes* *lati* *Culmina* *celsa* *Foli*.

Divide Mortem.

Si nescis, *quotiplex* Mors, *qua* *discrimina* *Mortis*.
MORTALIS, dicam, dicta *fer* *auriculis*.
Mors *naturalis*, Mors *spiritualis*, & *Orci*
Mors, *cui* non *nullus* *postmodò* *finis* *adest*.

Pria

Prima animæ corpus subducit; & altera IHOVAM;
Tertia dans animam, corpus ad interitum.
Prima tibi subeunda venit, cui contigit ortus,
Huic obitus restat, flos, simus, ulcus homo est!
Has mortes nullâ medicat Podalarius arte,
Disperit ad CHRISTI Sanguine, Morte malum.
Quare disce mori prius, atq; has linquere terras,
Quam tibi mors sevas inferat atra manus.
Si bene vis morier, vivas bene, crimina desle,
Salvificâ CHRISTI terge piacula fide.
Ut moriâre, omni curarum mole solutus,
Maturus domui prospice ritè tua.
In toto vitæ spatio sic sobrius esto,
Ultima sit vitæ sobria meta tua.
In CHRISTO morere, ut vivas sine Fine beatus,
In CHRISTO moriens, vivus ad Astra migrat!

AD CHRISTUM.

CHRISTE, Tibi grates dico, Te laudo, priorem
Dum MOSIS partem non-malè claudo LIBRI!



Mug V 63

vd 11 = 3


ULB Halle 3
004 087 178



Sb

VD 17





I. N. I. C.

4

MISCELLANEORUM
CORUM

PRIMI,

ESI MOSAICA

triâ curâ,

câ culturâ,

ncinnati,

PRIOR,

Cuius

veritatis,

Pietatis

T O R I,

men & Solamen

erè oblata,

ab

SIO Hung. P. L. C. q.

Regioque VETERISOLIO

nistro, jam pro CHRISTI

& Nomine Exsule patientis-

fimo.

HAMBURGI,

Literis Arnoldi Lichtensteini. M. DC. LXXVI.

